sic apls hic fugit manū prepositi. **CAPI. XII.**

Si gloriari oportet: nō expedit qđ
ādem. Veniā autem ad visiones: &
reuelatiōes domini. Scđo homi-
nē in xp̄o ante annos quatuorde-
cim siue in corpore siue extra cor-
pus nescio: deus scit: raptiū huiusmodi vñqz
ad tertium celum.

C posita sua cōmēdatione qđtuz ad mala p̄pessa: hic cō-
sequenter aplus commendās ostendit preminentiam
sue dignitatis qđtuz ad bona diuinitus recepta. Prima
autē gloriatio fuit de infirmitatibus. Ista vñ ē de bonis
eius. Unde circa hoc duo facit. Primo cōmendat se de
bonis susceptis diuinitus. Scđo excusat se de hac com-
mendatione qđ hoc fecerit quasi coactus ibi. (Fact̄ sus
insipies tē.) Circa primū duo facit. Primo excollit ma-
gnitudinē eoz que sunt sibi collata a deo. Scđo manife-
stat remedū infirmitatis sibi adhibitum ḥ piculuz sup-
bie ibi. (Et ne magnitudo tē.) Circa primum duo facit.
Primo ponit bonum sibi diuinitus collatū. Scđo ostē-
dit quomō se habuit in gloriando de h̄ bono ibi. (Pro
h̄ gloriabor tē.) Circa primū duo facit. Primo ostēdit
qđ sit hoc sibi collatuz diuinitus in generali. Scđo vero
in speciali ibi. (Scđo hoiez tē.) Bonū autē apostolo col-
latum diuinitus sunt reuelationes sibi diuinitus facte:
et de istis vult hic gloriari. Unde dicit. Si gloriari opor-
tet. i. qđ gloriari op̄z pp̄ vos: tñ fm̄ se nō expedit: qđ qđ glo-
riatur de bono recepto incidit in periculū amittendi qđ
habet. Eccl. 43. Aperti sunt thesauri. s. virtutū p̄ gloria-
tionē inanē: & euāuerūt nebule sicut aues. Et hoc signi-
ficat in ezechia. Isa. 39. quādo ostēdit thesauros dom̄
vñ nuncys regis babylonis. Et licet simpliciter nō ex-
pediat gloriari: tñ aliquādō propter aliquā speciale cāz
p̄t homo gloriari: sicut ex premissis manifestum est. Et
ideo dicit. Quia gloriari oportet: iō dimissis p̄mēdationib-
us de infirmitatibus: veniā ostēdā me ad visiones & reuelatiōes
et reuelationes dñi. Ubi notanduz ē qđ differentia ē
inter visionē & reuelationē. Nā reuelatio includit visio-
nē & nō ecōuerso. Nā aliquādō vident̄ aliqua quoqz in-
tellectus et significatio est occulta videnti: & tunc est vi-
sionē solū. Sicut fuit visio pharaonis & nabuchodonosor
Dan. 2. & Ben. 4. Sed qđ cū vñsione habet significatio
intellectus eoz qđ vident̄: tūc ē reuelatio. Unū qđtum ad
pharaonē & nabuchodonosor vñsio de spicis et de statua
fuit solū vñsio: s. qđtum ad Joseph & Danielē qđ significa-
tionē vñsio habuerūt fuit reuelatio & p̄phetia. Utrūqz
tñ. s. vñsio & reuelatio qđqz gdē sit a deo. Dan. 2. Est de? i

celo reuelans mysteria. Osee. 12. Ego visiones multipli-
caui eis. ps. Reuelo oculos meos tē. Qñqz vero a malo
spū. Jere. 23. Prophete p̄phetabat in Baal. Aplo autes
facta ē & visio & reuelatio: qđ secreta qđ vidi plene intel-
lexit a dño nō a malo spū. Unū dicit dñi. Est autē reuelatiō
amotio velamenti. Pōt autem esse duplex velamē.
Unū ex parte vidētis: et hoc ē infidelitas vel peccatum
vel duricia cordis: & de hoc supra tertio. Usqz in hodier-
nū diez velamē tē. Aliud ex pte rei vise: qđ s. res spūalis
proponitur alicui sub figuris rep̄ sensibiliū: et de hoc di-
citur. Numeri. 4. Qđ sacerdotes tradebant leuitis vasa
sanctuary velata: qđ s. debiliores nō possunt spiritualia
capere. fm̄ qđ in scipis sunt. Et iō dñs loquebatur turbī
parabolis. Mat. 12.

C Lösequēter visiones & reuelatiōes h̄ manifestat apo-
stolis in speciali loquēs de se tanqz de alio. Unde dicit
(Scđo hoiez i xp̄o tē.) Et pōt duas visiones. Prīa icipit
hic. Secūda vñ incipit ibi. (Et scđo h̄ hoiez in xp̄o tē.)
Circa primā autē visiones vñt ap̄stolus quadaz distin-
ctione. Dicit. n. se circa h̄ reuelationē scire qđaz & qđaz
nescire. Dicit autē se scire certa. s. videntis cōditionē. Unde
scđo hoiem in xp̄o. Ufisionis tēpus: qđ añ annos quatuor-
decim. & visionis fastigiū: qđ raptus vñqz ad tertium celuz.
Dicit autē se nescire videntis dispositionē: qđ siue i corpo
re siue extra corp̄ nescio. **C** Videam ergo ea qđ sciuī:
vt p̄ nota ad ignota facilē p̄uenire possimus. Et p̄mo vi-
dētis cōditionē qđ ē laudabilis: qđ in xp̄o. i. p̄formē xp̄o.
C S. 2. In xp̄o nullus ē nisi qđ b̄z charitate: qđ p̄rie Jo.
4. dñ. Qui manet in charitate i deo manet. Ergo sciuī se
habere charitatē: qđ est 3 illud. Nescit homo vt̄z odio
vel amore dignus sit tē. **C** R̄ video qđ esse in xp̄o p̄t in-
telligi dupliciter. Uno mō p̄ fidez et fidei sacramentuz.
fm̄ illud apostoli. Sal. 3. Quotquot baptizati estis: xp̄m
induistis. s. p̄ fidē & fidei sacramētuz. Et hoc modo sciuī
se aplus in xp̄o esse. Alio mō dñ aligs esse in xp̄o p̄ chari-
tatē: & hoc mō nullus scit se esse i xp̄o certitudinalr: nisi
p̄ qđaz experimēta & signa: inq̄tuz sentit se disposituz et
p̄iunctū in xp̄o: ita qđ nullo mō ēt p̄ mortē p̄mitteret se
separari ab eo. Et hoc de se expertus erat ap̄stolus cuī
dicebat. Ro. 8. Certus. n. sum qđ neqz mors neqz vita tē.
separabit nos a charitate. Unde potuit habere h̄ signa
qđ esset in charitate xp̄i. **C** Scđo visionis tēps qđ fuit cō-
ueniens: qđ ante annos quatuordecim: qđ quatuordeciz
ānni transacti erant ab eo tpe quo viderat visiones vñqz
ad tēps quo scripsit hanc ep̄istolā. Qđ enī hanc ep̄istolā.
scripsit nondū ap̄stolus erat positus in carcerez. Et sic
videſ qđ fuit circa principiū imperij neronis a quo post
multuz tempus occisus fuit. Unde si computemus an-
nos descendētes a principio iperij neronis vñqz ad qua-
tuordeciz annos manifeste appetet: qđ ap̄stolus habuit
has visiones in principio sue cōuerſionis. Ipse enim cō-
uerſus fuit ad xp̄m anno quo xp̄s passus est. Xps autem
passus est circa finem tyberij cesarī: quo mortuo succes-
sit ei Haȳ imperator qui vixit quatuor annis: post quē
nero factus est imperator. Et sic inter tyberiū & neronē
fluxerunt quatuor anni. Et sic additis duobus annis d̄
tempore tyberij: quia nondū mortui erat: qđ paulus
fuit auersus & octo d̄ tempore neronis: qđ fluxerat vñqz
ad tempus qđ scripsit hanc ep̄istolā: relinquīt qđ a tēpo-
re sue cōuerſionis vñqz ad tempus quo hanc ep̄istolā scri-
psit fuerunt anni quatuordecim. Et ideo quidā dicūt fa-
tis probabiliter qđ ap̄stolus has visiones habuit in illo
triduo quo post prostrationem suam a dño stetit neqz vi-
dens neqz manducans neqz bibens. Act. 9. Lōmemorat
autē tempus sue cōuerſionis aplus: vt ostendat: qđ si a tpe

fue cōuerisionis tñ erat gratus xpo vt talia sibi ostēderet: q̄to magis post quattuordecim ános cuz p̄ficerit et in au-
ctoritate apud deū et in v̄tūbus et grā. Tertio videamus
fastigii visionis qđ quidē ēexcelles: qz raptus v̄sq; ad ter-
tium celum. **C**ed sc̄eduz q̄ aliud est furari et aliud ra-
pi. Furari qđem p̄prie est cuz res alicui latēter aufertur.
Unde H̄. 4.i. dicebat Joseph. Hurtum sublatus sum. Sz
rapi p̄prie dicitur quod subito et per violentiam aufertur.
Job. 6. Sicut torres raptum. i. subito et rapide transit in cō-
nallibus. Inde est q̄ p̄dones qui violēter expoliāt dicunt
ratores. Sz attende q̄ aligs h̄ d̄ rapi ab hoib;: sicut
Enoch. Sz. 4. Raptus est ne malitia t̄c. Aliqñ rapit aia
a corpore. Luc. 12. Stulte hac nocte aiam tuā t̄c. Aliquo-
do aligs d̄ rapi a seipso qñ ppter aligd homo efficitur ex
seipm: et hoc est idz qđ extasis. Sed et extra seipm efficit
homo et per appetitiuaz v̄tutē et p̄ cognitiuā. Per appetiti-
uam enī v̄tutē homo est solū in seipso qñ curat q̄ sunt sua
tñ. Efficiē v̄o extra seipm qñ nō curat que sunt sua sz que
perueniunt ad bona alioz. et hoc facit charitas. p̄. Lor. 12.
Charitas nō querit que sua sunt. Et de hac extasi dicit Dio-
ny. 4.ca: de diuinis noib;. Est aut̄ extasim facies dñnis
amor nō sinens amatorē suip̄ius esse sed amatop̄. s. rerū
amatari. Sc̄dm cognitiuā v̄o aliquis efficitur extra se qñ
aliquis extra nālem modū hoib; eleuatur ad aligd viden-
dum: et de isto raptu logitur hic apls. **C**ed sciendū q̄ mo-
dus nālis humane cognitionis est vt cognoscat simul per
vī mentalem que est itellectus et corporalez que est sens-
sus. Et inde est q̄ homo nō habet in cognoscēdo liberū in-
dicuz intellectus nisi quādo sensus fuerint in suo vigore
bene dispositi absq; aliquo ligationis impedimento: alias
cū impediunt etiā iudicū itellectus impedit: sicut in dor-
miētibus patet. Tūc ergo homo efficit extra se fm cogni-
tiuā quādo remonetur ab hac nāli dispositiōe cognitionis
que est vt itellectus ab ysu sensu et sensibiliu reru abstra-
ctus ad aliqua vidēda moueat. Qđ qđem cōtingit dupli-
citer. Uno modo per defectuz v̄tutis vndecūq; talis defec-
tus p̄tingat: sicut accidit in freneticis et alys mēte captis,
et hec quidē abstractio a sensibus nō est eleuatio hominis
sed potius depresso: qz v̄tus corū debilitatur. Alio v̄o mo-
do per v̄tutem diuinam: et tunc p̄prie dicit eleuatio: qz cū
agens assimilet sibi paties abstractio que sit v̄tute diuina
et est supra hoiem: est aliquid altius q̄ sit hois nā. Et ideo
raptus sic acceperus diffinitur sic. Raptus est ab eo qđ est
fm nām in id qđ est supra nām in vi superioris nature ele-
uatio. In qua quidē diffinitione tāgitur eius genus dum
dicitur eleuatio. Causa efficiēs: qz vi superioris nature. Et
duo termini motus. s. a quo et in quē cuz dicit ab eo qđ est
fm nām in id quod est supra nām. Sic ergo p̄z de raptu.
Cestetur de termino raptus. s. ad quez cuz dicitur. Usq;
in tertiu celū. Notādum est autē q̄ tertiu celū tripl̄ acci-
pitur. Uno modo fm ea que sunt infra aiam. Alio mō fm
ea que sunt in aia. Tertio modo fm ea que sunt supra ani-
mā. Infra aiam sunt oia corpora: vt dicit Augus. in lib. de
vera religione. Et sic possumus accipere triplex celuz cor-
poraluz. s. aereuz sydereuz et empyreuz. Et hoc modo dici-
tur q̄ aplus erat raptus v̄sq; ad tertiu celuz. i. v̄sq; ad vi-
deuz ea que sunt in celo empyreio: nō vt existeret ibi: qz
sic sciret si fuisse siue in corpore siue extra corp̄. Uel fm
Damascenū qui nō ponit celum empyreuz possumus di-
cere q̄ tertiu celū ad qđ raptus est aplus est supra octauā
speram: vt. s. euidēter videret ea que sunt supra totā nām
corporalē. Si autē accipiamus celū fm ea que sunt in ipsa
aia: sic celuz debemus dicere aliquā altitudinē cognitionis
que excedit nāle cognitionē humana. **C**est autē triplex
v̄sio. s. corporalis per quā vidēmus et cognoscimus corpo-

ra spiritualia. siue imaginaria qua vidēmus similitudines
corporum. et intellectualis qua cognoscimus naturas reꝝ
in seipſis. Nam p̄prie obiectuz intellectus est quod quid
est. Vniuersitati autē visiones si fiat fm nālem moduz. pu-
ta si video aliquid sensibile si imaginor aliquid p̄us v̄isuz
si itelligo per fantasmatu nō possint dici celuz. Sed tunc
quilibet istoz dicif celuz quādo est supra nālem faculta-
tē humane cognitionis. puta si aliquid vides oculis corpo-
ralibus supra facultatē nature: sic es raptus ad p̄mū celū:
Sicut balthasar raptus est vides manū scribētis in parie-
te. vt dicit Dan. 5. Si vero eleueris p̄ imaginationē vel p̄
spūm ad aliquid supnāliter cognoscēdū: sic es raptus ad
sc̄dm celum. Sic raptus fuit petrus quādo vidit lintheuz
immissum de celo. vt dicit Act. io. Sz si aliquis videret ipa-
itelligibilia et naturas ipsoz nō per sensibilia nec per fan-
tasmatu sic esset raptus v̄sq; ad tertiu celuz. Sed sciendū
est: q̄ rapi ad p̄mū celū est alienari a sensibus corporalib;. Unde cum nullus possit abstrabi totaliter a sensibus cor-
poreis: manifestum est q̄ nullus p̄t dici simp̄r raptus in
p̄mū celuz: sed fm quid. Inq̄tū cōtingit aliquādo aliquē
sic esse itētum ad vnu sensum q̄ abstrahit ab actu alio-
ri. Rapi ad sc̄dz celū est quādo aliquis aliena a sensuad
vidēdū quedā imaginabilia. ynde tales semp̄ p̄sueuerūt
fieri in extasi. Et iō Act. io. Quādo petrus vidit lintheum
dicit q̄ sc̄s fuit in extasi. Paulus v̄o d̄ rapt ad tertiu ce-
lū: qz sic fuit alienatus a sensib; et sublimatus ab oib; cor-
poralib; vt videret itelligibilia nuda et pura eo modo quo
vidēt angeli et aia separata: et qđ plus est: etiā ipsuz deuz p̄
eētiā: vt Augustinus expressē dīc. 12. sup H̄. ad l̄am. et
in Blo. et ad paulinā in libro de vidēdo deuz. Nec etiā est
pbabile: vt moyses minister veteris testamēti ad iudeos
viderit deuz: et minister noui testamēti ad gētes et doctor
gētiū hoc dono fuerit p̄iugitus. Unde dicit ipse sup̄a. 3. Si
mistratio damnatiōis fuit in gloria t̄c. De moysi autē q̄
viderit deuz p̄ eētiā p̄z. Naz ipse a domino petiuit. Exo.
33. Ostēde mihi faciētiā. Et licet tūc negatū fuerit sibi nō
tamē dicitur q̄ dominus finaliter negauerit ei. Unde dicit
Augustinus q̄ concessum fuit ei per hoc quod dicitur
Numeri. 12. Si quis fuerit iter vos propheta domini t̄c.
At vero non talis seruus meus moyses t̄c. palam enim et
non per enigmata videt deum. **C**ed nūqd fieri potuiss
set paulo vt non raptus videret deum. **D**icēdū q̄ nō
Nam impossibile est q̄ deus videatur in vita ista ab ho-
mine non alienato a sensibus: quia nulla imago nullū fan-
tasma est sufficiens medium ad dei essentiam ostenden-
dam: ideo oportet q̄ abstrahatur et alienetur a sensibus.
Tertio modo accipiendo celum fm ea que sunt supra ani-
mam: sic triplex celum est triplex hierarchia angelorum:
et fm hoc apostolus raptus fuit v̄sq; ad tertium celū: id est
ad hoc vt videret essentiam dei ita clare sicut vident euz
angeli superioris et prime hierarchie: qui sic vident deum
q̄ immediate in ipso deo recipiunt illuminatōes et cogno-
scunt diuina mysteria. Et sic vedit Paulus. Si ergo sic vi-
dit dei essentiam sicut angeli superioris hierarchie. ergo
bene videntur q̄ apostolus fuerit beatus: et per consequēs
fuerit immortalis. **R**espondeo q̄ licet viderit deū per
essentiam non tamē fuit beatus simpliciter: sed solum se-
cundū quid. **S**ciendū est autem q̄ visio dei per essen-
tiā sit per lumen aliquā: scilicet per lumen glorie: de quo
dicitur in psal. In lumine tuo videbimus lumen. Sed ali-
quod lumen coicatur alicui per modū passionis: alicui v̄o
per modū forme inherētis: sicut lumen solis inuenitur in
carbunculo et in stellis vt forma inherens. id est connatu-
ralis effecta: sed in aere inuenitur vt forma trāiens et nō
emanēs: qz transit abente sole. Simili et lumen glorie vñ

Ad corinthios II.

pliciter mēti ifundis. Uno mō p̄ modū forme naturalis facte & p̄manētis: & sic facit mentē simplē beatam. Et hoc modo ifundis beatis in patria: & ideo dicunt cōprehensores: & vt ita dicāt visores. Alio modo cōtingit lumē glorie mentē humana sicut qdam passio trāscens: & sic mens pau li fuit in raptu lumine glie illustrata. vñ etiā ipm nomē raptus ostēdit trāseundo hoc esse factus: & ideo non fuit simpliciter glificatus nec habuit dōtē glie cuz illa claritas nō fuerit effecta p̄prietas. Et ppter hoc nō fuit deriuata ab aia in corpus: nec in hoc statu perpetuo p̄manit. Usū solū actus beati habuit in ipso raptu: sed nō fuit beatus. Sic p̄ hoc p̄ quid apostolus sciuīt in suo raptu. s. vidētis cōditiōnē: visionis tempus: & visionis fastigius. **C**Segnur quid nesciuit. s. vtrūz esset in corpore vel extra corpus: quod tamen dicit deū scire. Unde dicit. Siue in corpe siue extra corpus nescio: deus scit. qđ quidā itelligere voluerūt raptus referatur ad corpus: dicētes apostolū dixisse se nesci renō gdē an anima esset cōiuncta corpori in illo raptu an nō: sed esset raptus fm aiam & corporis sil: vt sil corporalē por taref in celuz sicut Abachuc portatus fuit Dañ. vlt. An fz aiam tm̄ esset in visionibus dei: vt dicit Eccl. 8°. In visione adduxit me in terrā israel. Et iste fuit itellectus cuiusdam iudei quē exprimit Hieronymus in plogo sup Dañ. vbi dicit deniqz & apostolū nr̄m dicit nō fuisse ausum affir mare se raptum in corpore: sed dixisse siue in corpore tec. Sed hunc intellum Aug. maxime improbat. iz. sup Heñ. ad lram: qđ nō cōueniūt cuz alys verbis apostoli. Apostolus enīz dicit se raptus vscq in tertiu celum. Unde sciuīt p̄ certo illud fuisse verū celuz. Sciuīt ḡan illud celuz eēt corporeū an incorporeū. i. res icorporea. Sed si fuit incorporeum sciuīt q̄ corporalē ibi rapi nō potuit: qz in re incorporeā nō potest esse corpus. Si vero corporeū fuerat sciuit q̄ nō fuit ibi aia siue corpe: qz anima cōiuncta corpori nō potest esse in loco vbi nō est corpus: nisi celuz corporeū dicatur similitudo celi corporei. Sed si sic apostolus non dixisset se scire q̄ esset raptus in tertiu celum. i. in similitudinē celi: quia pari rōne dicere potuisset q̄ fuisse raptus in corpe. i. in similitudine corporis. Dōm est ergo fm August. q̄ diuinaz essentiā nullus in hac vita positus & hac mortali vita viuēs videre potest. Unde dixit dominus. Exo. 33. Nō videbit me homo & viuet. i. nō videbit me homo nisi totaliter separetur a corpe. ita. s. q̄ anima eius nō insit corpori vt forma: vel si inest vt forma: tamē mens eius oīo i bō visione totaliter alienetur a sensibus. Et ideo dōm est q̄ hoc qđ apostolus dicit se nescire: vt p̄ s. in illa visiōe anima eius fuerit totaliter separata a corpe. Unde dicit siue extra corpus: vel vtrūz anima eius extiterit in corpore vt forma: tamē mens eius fuerit a sensibus corporeis alienata. Unde dicit. Siue in corpe. Et hoc etiā ali concedūt.

Lectio.

Escio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus nescio: deus scit: quoniam raptus est in paradisuz: & audiuit archana verba que nō licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari non ero insipiens: veritatem enīz dicam. Parco autez ne quis me existimet supra id quod videt i me: aut audit aliquid ex me.

Cōposito p̄mo raptu. ponitur cōsequēter secūdus raptus. Et duo facit. p̄mo ponit raptus. Secūdo raptus excell-

lentia ibi. Audiuit archana rē.) Sed notādūz q̄ Glo. dicit istum raptus esse aliuz a p̄mo. Et si bene considererūtis legitur aliqd de apostolo ad qđ possunt isti duo raptus referri. Nā Act. 9. legitur de eo q̄ stetit tribus diebus nō vidēs & nihil māducās neq̄ bibens: & ad hoc potest referri p̄mus raptus: vt. s. tunc fuerit raptus vscq ad tertiu celum. Sed Act. 22. legitur q̄ factus est in tēplo in stupore mētis: & ad hoc refertur iste scds raptus. Sed hoc nō vide tur verisile: qz quādō in stupore mētis factus fuit: missus iaz fuerat in carcere apostolus: sed hāc eplam scripsit apostolus diu ante. vñ prius scripta fuit hec epistola q̄z apostolus fuisse in stupore. Et ideo dōm est q̄ disert iste raptus a p̄mo q̄stū ad id quod raptus est. Naz in p̄mo raptus est in tertiu celuz. In secūdo vero in paradisuz dei. Si vero aliquis tertiu celuz acciperet corporaliter fz p̄maz acceptioñez celuz superius positz vel si fuerit visio imaginaria posset similiter dicere paradisuz corporales vt dice retur q̄ fuerit raptus in paradisuz terrestre: sed hoc est cōtra itentioñez Augustini: fm quē dicimus q̄ fuit raptus in tertiu celuz. i. visionē intelligibiliuz fm q̄ in seipsis & in p̄prys naturis vidētur. vt supra dictuz est. Unde fm hoc oportet nos nō aliud intelligere per celuz & aliud per paradisum: sed vnuz & idez per vtrūqz. s. gloriaz sanctoz: fz fm aliud & aliud. Celū. n. dicit altitudinē quandā cuz claritatē: paradisus vero quādaz iocundā suauitatē. In sanctis autē beatis & angelis deū videntibus sunt excellēter hec duo: q̄est in eis excellentissima claritas: quia deum vident: et suā suauitas: quia deo fruuntur. Et ideo dicuntur esse in celo q̄stum ad claritatē: & in paradiſo q̄stum ad suauitatē. Isa. 66. Uidebitis & gaudebitis rē. Quis ergo vtrūqz collatuz aplo. vt. s. sublimaref ad illaz altissimam claritatem cognitionis: & hoc significat cuz dicit. Ad tertiu celū. & vt sentiret suauitatē diuine dulcedinis. vnde dicit. in paradiſo. ps. Magna multitudo dulcedinis tue rē. Apoca. 2. Vincenti dabo manna abscondituz rē. Et ista dulcedo est gaudiū. de dina fruitione. de qua Mat. 25. dicit. Intra in gaudiū dñi tui. Sic ergo p̄z terminus raptus: quia in paradiſo. i. in eam dulcedinem: quia indeficierer reficiunt illi qui sunt in celesti hierusalem.

CSequitur cōsequēter ipsius raptus excellentia quia audiuitarchana que nō licet homini loqui. Et hoc potest dupliciter exponi. Uno mō vt ly homini cōstruaſ cū licet et log: & sensus est. Audiuit archana vba. i. percepit itima cognitionē de secreta dei essentia quasi p̄ vba: que. s. verba nō est licitus vt homini dicant. Alio mō vt ly homini cōstruaſ solum cū nō licet: & tūc est sensus. Audiuit vba rē. que verba nō licet homini loqui homini. s. imperfecto. Sciēdūt autē q̄ fm angustinum paulus est raptus ad videndum diuinam eētiam: que quidē non potest videri per aliquā similitudinē creatam. Unde manifestū est q̄ illud quod paulus vidit de eētia diuina nulla ligua humana pōt dīci: alias deus nō eēt incomprehēsibilis. Et ideo fm p̄mā ex positionē dōm est. audiuit. i. considerauit archana verba. i. magnificētiam diuinitatis: quā nullus homo pōt loqui. Dicit autem audiuit pro ydīt: quia illa consideratio fuit fm interiorem actum anime in quo idē est auditus & vi sis fm q̄ dicitur Numeri. iz. Oꝝ ad vos loqtur ei & p̄la rē. dicit aut illa cōsideratio visio inq̄stuz deus videt in hoc: & locutio inq̄stuz homo in ipsa instruit de diuinis. Et quia bō spiritualia non sunt pandenda simplicibus & imperfectis sed perfectis fm qđ dicit p̄me Lor. 2. Sapiētiam loquimur inter perfectos. ideo scđo modo exponitūr q̄ secreta que ibi audiuit nō licet mihi loqui homini. i. imperfectis: fz sp̄ualibus iter quos logimur sapiam. Prouer. 25. H̄la dei est celare vbu. i. hoc ipsum q̄ nece ēclare magna-

lia dei ptinet ad gliam dei. ps. fm translationez Hierony
mi. Tibi silet laus deⁱ. q*icōprehēsibilis ē v̄bis nr̄is.*
CDeinde cuz dicit. (pro h̄ glia**b**or: t̄.) Dñdit quō se h̄
ad gloriaz. Et circa hoc tria facit. primo ostēdit se nō glo
riari de h̄ reuelationib⁹. Seco iſinuat se h̄re aliq*d* pre
ter illud vnde gloriari possit ibi. (nā si voluero t̄.) Ter
tio assignat cām: q*re nō gliatur de oībus ibi.* (Parco autē
ne quis t̄.) Circa p̄mū sciēdū est q*h*oc qđ dicit. pro h̄
aut̄ glia**b**or t̄. p̄t dupl̄ legi. Uno modo vt apl̄ oſten
dat se esse ip̄z pro quo gliatur. vt. s. ipſe sit qui vidit bas vi
ſiones. Alio modo: vt ostēdat q*h*o alius sit qui vidit bas vi
ſiones. **C**Sciēdū est. n. q*g* in hoie duo posunt cōſiderari
s. donum dei & humana ſeditio. Si ergo aliquis gliatur in
aliquo dono dei: vt a deo accepto illa est bona gloria: quia
ſic in domino gloriatur: vt dictū est ſupra. io. **S**z gloriaz
de illo dono ſicut a ſe habito tunc mala eſt gloria**b**o. p̄
Corin. 4. Quid habes quod nō accepisti? Si aut̄ accepisti
quid gloriariſ quasi nō acceperis? Dic ergo apostolus fm
hoc. p̄ h̄. s. viſio**b**ibus & donis dei mihi collatis glia**b**or.
Pro me aut̄ nō. i. nō glia**b**or inde quaſi a me acceperis:
qr a deo habui. Sed si p̄ me oī gloriari nihil glia**b**or ni
ſi in infirmitatibus meis. i. nō habeo vnde poſſim gloriari:
niſi de iſirma cōditione mea. Si aut̄ exponaſ vt oſtēdat
alium eſſe qui vidit & ſi ipſe ſit: tunc eſt ſenſus: vt quaſi lo
quatur de quodā alio dicēs. Pro h̄ glia**b**or. i. p̄ illo ho
mine qui hoc vidit: & qui hec dona recepit glia**b**or: ſed p̄
me quaſi velim manifestare me eſſe talez nihil glia**b**or
niſi in infirmitatibus meis. i. de tribulationib⁹ q*s* patior.
Sz qr iſti poſſent ſibi dicere. O apostole nō eſt mirū ſi nō
gloriariſ: qr nō habes vnde gloriariſ. iō apl̄ oſtēdit q*et*
preter illas viſiones habz aliquid vnde poſſit gloriari di
cēs. Licet pro h̄ homine gloriari & nō p̄ me: tamē etiā bñ
p̄ me poſſim gloriari. nā ſi voluero gloriari t̄. vel pro h̄
tribulationib⁹ vel p̄ apl̄ ſibi a deo collatis vel etiam
p̄ iſirmitatibus nō ero iſiſiens. i. nō iſiſieter agam. Et q*re*
veritate enī dicā de alijs: de q*b*us p̄ter dictas viſiones
gloriari poſſum. Dicit aut̄. Nō ero iſiſiens: qr gloriabat
de his que habebat. Quādo enim gloriaz quis de his que
nō habet ſtulte gloriatur. Apoc. 3. Dicis qr diues ſuz & nul
lius egeo & nescis t̄. Et qr gloriabatur ex cauſa ſufficienti
vt ex predictis eſt manifeſtuſ.

CLoſequēter aut̄ cū dicit. (Parco aut̄ t̄.) Oſtēdit rōneſ
quare nō gloriatur de oībus ſi p̄t gloriari. que qđē rō eſt
vt eis parcat. Unde dicit. Parco aut̄ t̄. Quasi. d. Poſſem
de pluribus alijs gloriari: ſed parco. i. parce gloriari vel par
co yobis cōmēdādo me: nolens eſſe onerous yobis. Naz
talia mihi deus cōceſſit que ſi ſciretiſ reputaretis me mul
to maiore: & hec ſunt dona gratuita multa q*habebat* apo
ſtolus. Ex q*b*us hoies huius mundi cōſuererūt plus com
mēdare hoies & maiores eos reputare q*ex gratiū* facienti
bus. Et ideo dicit. Nolo ex gratiūtis cōmendari. Et iō par
co. i. nō gloriari. Et quare: Ne quis exiſtimet me cōmenda
re v̄l gloriari ſupra id qđ videt t̄. Uel alr. homo dupl̄ co
gnoscitur. p̄ uerſationē & doctrinā ſuā. Apls aut̄ nolebat
aliqua de ſe dicere: licet poſſet que excedebat & vitaz & do
ctrinā ſuā. Et ideo. parco autē ne quis exiſtimet me eſſe ſu
pra id qđ videt de cōuerſatiōne mea exteriori: aut audit ali
quid ex me. i. ex doctrina p̄dicationis & exhortatiōis & in
ſtructiōis mee: qr forte crederēt eum eē vel imortalez vel
angelū. p̄rouer. ii. Uel prudēs facebit. puer. 29. Totū ſpi
ritu ſuiz. p̄fert ſtultus. ſapiēs differt t̄. Uel dicit. Parco
autē t̄. Pro detractorib⁹. ſ. pſendo qui dicebat eūz glo
riari ex elatione: & nō ex cauſa: neq*z* de his que in ip̄o erāt.
Et iō dicit. Parco aut̄. i. parce gloriari: ne quis pſeudo exti
met me excedere elatiōis ſpiritu. ſupra id. i. in aliquid qđ

videt in me vel audit ex me. i. ſupra poſſe meritorium. ps.
Domine non eſt exaltatum cor meū t̄. Ecclīci. 3. Quanto
magnus eſt t̄.

CLectio. III.

Tne magnitudo reuelationuz extol
lat me: datus eſt mibi ſtimulus carnis
mee angelus ſathane qui me colaphi
z. Propter quod ter dñm rogaui:
vt diſcederet a me: & dixit mihi. Suf
ſicit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmita
te perficitur. Libēter igitur glia**b**or in iſirmita
tibus meis: vt inabitet in me virtus christi.
Propter quod placeo mibi in infirmitatibus
meis: in contumelijs: in neceſſitatibus: in per
ſecutionib⁹: in angustijs pro xp̄o. Cum enim
iſirmo & tunc potens ſum.

CHic agit de remedio adhibito contra ſupbia. Et circa
hoc tria facit. Primo enī ponit remediuſ adhibituſ. Secū
do maniſtata ſuam orōrem de remedio remouendo ibi.
(Propter qđ ter dominuz t̄.) Tertio iſinuat dñi respon
ſionē assignat ſōrem de adhibito remedio ibi. (Et dixit
mihi dñs t̄.) Circa p̄mū ſciendū eſt q*p* pluriq*s* ſapiēs me
dicis p̄curat & p̄mittit ſupuenire iſirmo minorē morbiſ
vt maiore curet vel viter: ſicut vt curet ſpasmuſ. p̄curat fe
breſ. hoc euideſter in ſe beatuſ apostolus a medico aſirū
dño nr̄o iſeu xp̄o oſtēdit. Xps enim velut medicus
aiarū ſumus ad curadū graues aie morboſ p̄mittit pluri
mos electoſ ſuoſ & magnos in morboſ corporoꝝ grauiter af
ſligi. & qđ p̄l̄ eſt ad curadū maiora criminā p̄mittit icide
re in minorē eſt mortalia. Inter oia v̄o p̄tā grauius peti
nē ſupbia. Naz ſicut charitas eſt radix & initiuſ virtutuz:
ſic ſupbia eſt radix & initiuſ oūz vicioꝝ. Ecclīci. io. Initiu ſu
peccati ſupbia. Qđ ſic p̄z. Charitas enī ideo dicitur radix
oīum virtutū: qr ſiungit deo qui eſt ultimus finis. Unde
ſicut finis eſt p̄ncipiuſ oīum opabiliuſ: ita charitas eſt p̄nci
pium oūz virtutuſ. ſupbia aut̄ auertit a deo. ſupbia enī
eſt appetitus iſordinatus excellētia. Si enī aliquis appetit
aliquā excellētiaz ſub deo ſi moderate quidem appetit &
p̄pter bonum ſuſtineri poſt. Si vero nō debito ordine
poſt quidē alia vicia incurre. ſ. ambiſtōis: auaricie ſeu
inanis glorie & h̄: tamē nō eſt p̄prie ſuperbia: niſi quādo
quis appetit excellētia nō ordinādo illā ad deū. Et ideo
ſuperbia p̄prie diſta ſeparat a deo & eſt radix oīum vicio
ruſ & peccati omniū: p̄pter quod deus reſiſtit ſuperbiſ: vt
dicitur Jac. 4. Qđ ergo in bonis eſt maxime materia hui
vicio. ſ. ſupbie: qr eius materia eſt bonuſ: p̄mittit aliquādo
electoſ ſuoſ impediſi ex aliqua ſuī parte vt per iſirmitatē
vel per aliquē defecțiū: & aliquā ſuī etiā p̄petuū mortale ab h̄
bono: vt ſic ex hac parte humilietur qr ex illa nō ſupbiāt:
& homo ſic humiliatus recognoſcat ſe ſuis virib⁹ ſtare nō
poſſe. Unde dñ R. 8. Diligētibus deum t̄. Nō quidē ex
eoꝝ p̄tō: ſed ex ordinatiōne dei. Qđ iſiſ apostolus magnā
habebat ſupbiendi mām: & q̄tū ad ſpālem electionez q*z*
a dño electus eſt. Act. 9. Uas electionis t̄. & q̄tū ad ſe
cretorꝝ dei cognitionē: qr hic dicit ſe raptuz in tertiu celuz
& in paradisuſ ybi audiuit archana verba que nō licet ho
mini loqui: & q̄tū ad maloꝝ per p̄ſionē: qr ſupra. ii. In
carceribus plurimiſ in iſirmitatibus. ter virgis t̄. et q̄tū
ad virginale ſtegritatē: qr volo oēs eē ſicut et ego. p̄ Cor.
7. Et q̄tū ad bonoꝝ operationē: qr ſupra. plus oībus labo
raui. et ſpāliter q̄tū ad maximā ſciam: qua emicuit: q*z* ſpe
cialiter iſlat: iō dominus adhibuit ei remediuſ ne in ſup
bia extolleretur. Et hoc eſt quod dicit. Et ne magnitū
panlus fuit
bivgo

Ad corinthios II.

do reuelatiōis mihi facie extollat me in superbiā. Ecclīci. 6. Nō te extollas in cogitatiōe q̄ie tue velut thaur⁹ r̄c. ps. Exaltatus autē humiliatus r̄c. Et dicit: vt ostēdat sibi fāetas fore reuelatiōes p̄dictas. Datus est mihi. i. ad meā yti litatē ⁊ humilationē. Job. 30. Eleugisti me ⁊ quasi sup yē tum ponens r̄c. Datus est inq̄z mihi stimulus cruciās corporis meū p̄ ifirmitatē corporis vt aīa sane. q̄ ad l̄ram dī q̄ suī yehemēter afflīct⁹ doloz⁹ ylīgo. Uel stimulus carnis mee. i. cōcupiscētie surgens ex carne mea a qua multū ifestabā. Ro. 7. Nō enī qd̄ yolo r̄c. Igit̄ ego ip̄e mēte ser uio legi dei r̄c. Uli Aug. dīc. q̄ inerāt ei mot⁹ cōcupiscētie: q̄s in dīna gratia refrenabat. Iste inq̄z stimulus est angelus satbāne. i. angelus malignus. Est autē angelus a deo missus seu pm̄issus s̄ satbāne: q̄ satbāne itentio est vt sub uertat: dei vō vt humiliet ⁊ pbatu⁹ reddat. T̄imeat pecator: si apl̄s ⁊ vas electiōis securus nō erat. De remo tōe autē huius stimuli remouēdi sollicitus erat apl̄s. Uli ppter hoc orabat. Et hoc est q̄ subdit. Propter qd̄ ter. r̄c. Ubi sciēdū est q̄ ifirmus nesciēs pcessu⁹ medici apponētis mordax emplin rogar medicū vt remoueat: qd̄ tñ sciēs medic⁹ causaz: q̄re faciat. s. ppter sanitatē nō exau dit eū q̄tum ad voluntatē petentis: magis curās de eius vtilitate. Sic apl̄s sentiēs stimulus sibi graue esse: ad singulāris medici cōfugit auxiliū vt eū remoueat. Ter enī expresse ⁊ deuote rogauit: vt deus tolleret ab eo. s. stimulus z. Paralip. zo. Lūz ignoremus qd̄ agere debeam⁹ r̄c. Gor te pluries hoc petyt: s̄ expsse ⁊ istater ter eū petyt yel ter. i. multoties. Ternarius enī est numerus pfectus. Et vere ipse rogādus est: q̄ ipse vulnerat ⁊ medet. Job. 5. ⁊ Luc. 22. Ozate ne itretis i tentationē r̄c. Sequit̄ r̄n̄sio dñi. Et dixit mihi dominus r̄c. Ubi duo facit. Pr̄io ponit dñi r̄n̄sionē. Scđo r̄n̄siois r̄n̄e assignat ibi. (Nā virtus r̄c) Dicit ergo. Ego rogaui: s̄ dñs dixit mihi. Sufficit tibi r̄c. Q.d. Nō est tibi nē cūz q̄ ifirmitas recedat a te corporis q̄ nō est periculosa: q̄ no duceris ad ipatiētiaz cū gratia mea cōfortet te: nec ifirmitas cōcupiscētie. q̄ nō p̄trahet te ad p̄cti⁹; q̄ grā mea p̄teget te. Roma. 3. Justificati grātis r̄c. Et vere sufficit grā dei ad mala vitāda: ad bona fāienda: ⁊ ad vitaz cōsequēdā eternaz. p̄c. Lor. 15. H̄ratia dei sum id qd̄ sum r̄c. Ro. 6. H̄ra dei vita eterna. (S̄z xtra. Jo. 15. Quicqd̄ petieritis patrem in noīe meo r̄c. Aut ergo paulus discrete petiuit. ⁊ tūc debuit exaudiiri. aut idiscre te: ⁊ tūc peccauit. R̄n̄deo dñm est q̄ de yna ⁊ eadez re pōt hō dupl̄r loqui. Uno mō fīm se ⁊ nā illius rei. Alio mō fīm ordinē ad aliud. Et sic cōtingit q̄ illud qd̄ est malum fīm se ⁊ vitāda: fīm ordinē ad aliud est appetēdū: sicut pos tio inq̄tum fīm se est amara est vitāda: tamē qui considerat eaz fīm ordinē ad sanitatē appetit eā. Ergo ⁊ stimulus carnis fīm se est vitādus ⁊ affligens. inq̄tum vero est via ad virtutē ⁊ exercitiū v̄tutis: est appetēdus. Apls autē q̄ nōdū reuelatiō ei erat illud secretū dīne p̄udentie vt ad vtilitatē suā cederet: considerabat sibi maluz q̄tum in se est. ⁊ iō petierat suam amotionē: nec in hoc peccauit: s̄ ds qui ordinauerat hoc ad bonū humiliatis sue nō exaudiuit eū q̄tum ad eius volūtātē: qd̄ tñ sciēs postmodū apl̄s gloriabā cū diceret. Libenter gloriabor r̄c. Et licet non exaudierit cū q̄tum ad voluntatē exaudiuit tamē eum ⁊ exaudiit scđos suos q̄tum ad eius vtilitatē. Uli dicit Die ronymus in epla ad paulinū. Bonus dñs qui sepe nō tribuit qd̄ volumus: vt tribuat qd̄ mallemus. R̄n̄em autē sue r̄n̄sionis subdit cōsequēter. cū dicit. (Nā virtus r̄c.) Mirus modus loquēti. Virtus in ifirmitate pficitur. Ignis in aqua crescit. Intelligi vero pōt hoc qd̄ dī. Virt⁹ pficit in ifirmitate dupl̄r. s. māliter ⁊ occasionalr. Si acci piāt māliter tūc est sensus. Virt⁹ in ifirmitate pficit. i. in

firmitas est mā exerceende v̄tutis. Et p̄mo h̄abilitatis. vt. s. dcīn est. Scđo patiētie. Jac. p̄. Tribulatio patiētā opatur Tertio tēperatē: q̄ ex ifirmitate debilitat̄ fomes ⁊ tēpe ratu⁹ efficit quis. Si vō accipias occasionalr: tūc v̄tus in ifirmitate pficit. i. occasio p̄menēdi ad pfectā v̄tutē: q̄ ho mo scīs se ifirmū magis sollicitas ad resistendū ⁊ ex hoc q̄ magis resistit ⁊ pugnat efficīt̄ exercitatiō: ⁊ per conse quēs fortior. Et iō Leui. legi⁹ ⁊ Judic. 3. Q̄ dñs noluit de struere omnes habitatores terre: s̄ aliquos reseruauit: vt s. filii isrl̄ exercitare pugnādo cū eis. Sic etiāz. Scipio nolebat destructionē ciuitatis carthaginēsis: vt s. dīz ro mani haberē hostes exteri⁹ nō sentirent hostes iteriores s̄ quos duri⁹ bellū ē q̄d̄ exteriōres: vt ip̄e dicebat.

Cōsequēter ponit apl̄s effectū hui⁹ r̄n̄sionis dīnīce dicēs. (Libēter gloriabor r̄c.) Ponit autē duplē effectū. Un⁹ ē glōlationis. Uli dicit. Q̄ v̄tus mea perficit in ifirmitatib⁹ igis libēter glōlōbor in ifirmitatibus meis. i. mihi qd̄ vtilitatē meā datis. Et hoc q̄ magis cōiungit xp̄o. M̄hi autē absit gloriari nisi i cruce r̄c. Hal. vlt. Ecclīci. io. Qui in paupertate glōlō r̄c. Et rō q̄ libēter glōlōbor: vt ihabitet in me v̄tus xp̄i. vt. s. p̄ ifirmates ihabitet ⁊ cōfumeſ in me grā xp̄i. Esa. 40. Qui dat lapsō v̄tutez r̄c. Alius effectus ē gaudy. Uli dicit. Propter qd̄ cōplaceo r̄c. Et circa hoc duo facit. Pr̄imo ponit h̄ effectū. Scđo huius effect⁹ r̄n̄ez assīgnat ibi. (Uli enī ifirmor r̄c.) Ponit autē effectuz gaudy ⁊ māz gaudy. Dicit ergo. ppter qd̄: q̄ virtus xp̄i habitat in me in ifirmitatibus ⁊ in tribulationib⁹ oībus: ⁊ iō cōplaceo mihi. i. multū delector ⁊ gaudeo de dictis ifirmatibus meis. Jaco. p̄. Q̄ gaudīū existimare fratres r̄c. Deseretus autē in q̄bus ppter grām xp̄i abūdāter delectat enu merat. Et p̄mo illos q̄ sunt a causa iteriori ⁊ h̄ sūnt ifirmatates. Et iō dicit in ifirmitatibus. ps. Multiplicate sunt i firmitates eoz postea accelerauerūt. s. ad grām. Scđo illos q̄ sunt a causa exteriori. Et hos qd̄z q̄tum ad verbu⁹ cū dicit. In cōtumelys. s. mihi illatis. Act. 5. Ibant apostoli gaudentes r̄c. Et q̄tuz ad factū: ⁊ hoc vel q̄tuz ad defēctū bonoz. cū dicit. In necessitatib⁹. i. in penuryis neċioz ⁊ in paupertate qua p̄mebat. Et hoc mō accipit̄ necessitas. cū dī Roma. iz. Necessitatib⁹ scđoz cōcītates. Uel q̄tum ad expīmētū maloz illatoz: ⁊ h̄ q̄tū ad exteriora. Mat. 5. Beati q̄ p̄secutionē r̄c. cū dicit. In p̄secutionib⁹. s. corporis quas de loco ad locū ⁊ ybīq̄ expīmūt. Et q̄tum ad iteriora dicens. In angustijs. i. in angustiōis animi. Dan. 13. Angustie sunt mihi vndiq̄z r̄c. S̄z mā oīum horū que faciūt ad gaudīū est: q̄ p̄ xp̄o. Quasi dicit. Ideo cōplaceo: q̄ ppter xp̄m patior. p̄c. Pet. 4. Nemo vestru⁹ p̄tiatur quasi homicida vel fur. Et huius gaudy r̄n̄ez assīgnat dices. cū enī ifirmor r̄c. Q.d. Merito cōplaceo mihi in illis: q̄ quādo ifirmor r̄c. i. quādo ex his q̄ in me sunt vel ex p̄secutiōe alioz incido in aliq̄o p̄dictoz: adhibetur mihi auxiliu⁹ dīnum: per qd̄ cōfirmor. ps. Lōsolatiōes tue letificauerunt aliam meā. Joel. 3. Infirmitus dicat: q̄ ego fortis sum. supra. 4. Licet is q̄ foris nōst̄r hō corrup̄t r̄c. Exod. p̄. legitur q̄ q̄tū plus p̄meban̄ filij isrl̄: tāto plus multiplicabātur.

Lectio. III.

BActus sum insipiens: vos me coegi stis. Ego enim a vobis debui cōmēdari. Nihil enim minus feci ab his q̄ sunt supra modum apostoli. Tamē si nihil sum: signa tamē apostolatus mei facta sunt super vos in omni patiētia in si gnis ⁊ prodigijs ⁊ virtutib⁹. Quid est enim quod minus babuistis pre ceteris ecclesijs: nisi

¶ ego ipse nō grauauī vos. Donate mibi hanc iniuriam.

Con posita cōmēdatione sua: cōsequēter aplis excusat se de his que dixit. ostēdēs se coactū hoc dixisse q̄ ad gloriā suā pertinent. Et circa hoc duo facit. Prīo imponit corinthus cām h̄ gloriatiōnē. Sc̄do exponit & manifēstāt hāc cām ibi. (Ego. n. debui. t̄.) Dicit ḡ. Cōfiteor q̄ i his oib̄ cōmēdationibus meis factus sum iſipiens. i. v̄r̄ vobis q̄ op̄ iſi pientis fecerim: sed hoc nō ex me nec spōte. Imo coact̄ fe ci r̄v̄ra culpa fuit. q̄z vos me coegistis. i. dedistis mibi occasioñē. Frequēter. n. subditi cogit prelatos aliquā face re: que in ſcipiēter facta eſſe iudicari poſſunt: sed tñ p̄ loco & tēpō ſapiēter facta ſunt. Hoc autē q̄d dixerat in cōi: ſcz q̄ ipsi fuerūt cā ſue cōmēdationis exponit cōsequēter cū dicit. (Ego. n. debui. t̄.) Ubi dicit q̄ ipsi fuerūt cā ſue cōmēdationis. Prīo omittendo bona que facere debuiffent. In quo exaggerat eoꝝ igratitudinē. Sc̄do cōmītēdo mala in quo detestāt eoꝝ malitiā ibi. (Timeo enī ne for te. t̄.) Circa primū duo facit. Prīo cōmemorat qd facere debuiffent: oīdens cām ibi. (Nihil enī minus. t̄.) Tertio remouet ipsoꝝ excusationē ibi. Quid est enim qd mi nus. t̄. Dicit ḡ. vere vos me coegistis: q̄z vos debuiffetis facere illud qd ego feci. Ubi dicit. Ego debui. cōmēdari a vobis qd nō fecistis q̄i nece erat. s. q̄i pſeuo vilipēdēdo me & preferēdo ſe reddebat vīlē doctrinā & euāgeliū xp̄i a me p̄dicatū. Ubi q̄z vos nō cōmēdastiſ me ne deperiret fides xp̄i in vobis: prorūpi in cōmēdationē p̄priā. **C**ōz cōtra. ſupra. 3. dixit. Nūquid egemus cōmēdationis epistolis t̄. Quare ḡ voluit cōmēdari ab iſiſ? Respōdeo dicen dum ē q̄ apls ppter ſe nō egebat cōmēdationibus: ſz pp̄ alios. vt. ſ. dū cōmēdaret doctria ſua eēt i maiori auctoritate & pſeuo cōfutarent. Sed q̄z poſſent iſiſ dicere. iō non cōmēdauim̄ te: q̄z nō eſt in te aliq̄d cōmēdationē dignum propter hoc apls pbat eis q̄ bñ poterāt eū cōmēdare cū dicit. (Nihil. n. t̄.) Ostēdens eſſe in ſe multa cōmēdationē digna. Et p̄mo quātū ad p̄terita bona q̄ fecit. Sc̄do quan tu ad futura q̄ facere itēdit ibi. (Ecce 3. B parat. t̄.) Ondit autē p̄terita cōmēdabilia q̄ fecit p̄mo in generali ſtū ad oēs ecclēſias. Sc̄do in ſpali ſtū ad ea q̄ egit apud eos ibi. (Tamenſi nihil. t̄.) Tertio excludit obiectionem ibi. (Quid eſt. n. t̄.) Dicit ḡ. Merito debui cōmēdaria vobis q̄ multa ſunt in me cōmēdationē digna. Nam nihil min⁹ feci ad hiſ. ſ. petro Jacobo & Ioāne q̄ ſunt ſupra moduz apli. i. q̄ videnſ q̄ gbusdā digniores apli q̄z ego ſum. Pſeu do enī dicebant q̄ erāt docti a petro & ioāne q̄ fuerūt docti a xp̄o: & q̄ petrus & ioānes ſeruabāt legalia: ynde & ipſi debēbat ſeruare. Sed q̄ nihil minus feci ab eiſ: nec ſtū ad p̄dicationē: nec ſtū ad auerſionē fideliū: oſtenſioñē miraculoꝝ: & perpeſſioneſ laboꝝ: imo plus q̄ ſupra. p̄ plus oibus laborau. i. cori. iſ. Abundantiuſ oibus t̄. Jō magi ſum cōmēdanduſ. Uel dicunt ſupra moduz apli illi. ſ. petrus ioānes & iacobus. q̄z fuerūt p̄mo auerſi ad xp̄z. i. cori. iſ. Noniſſime auty iſiſ t̄. Si ſm B accipiat: nihil tñ min⁹ fecit eiſ. q̄z in modico tēpōre. & poſtq̄z auerſi ſuit plus la borauit. Sed esto q̄ nihil fecerim ſtū ad ecclēſias alias p̄ q̄d poſſem cōmēdari: multa tñ ſpālia egi apud vos: de q̄ bus poſtuiſſetis me cōmēdare. Et iō dicit. Tamenſi nihil. i. dato q̄ nihil fecerim in cōparatione ad eos: tamē effect̄ mee virtutis manifeſte apparet in vobis. & p̄mo ſtū ad p̄dicationē n̄am: qua cōuerſi eſtiſ ad fidē. Et ſum apls vester. Et iō dicit. Signa apostolat̄ mei. i. mee p̄dicationis facta ſunt ſupra vos a deo in quantum credentes cōuerſi eſtiſ. i. cori. 9. Signaculū apostolatus mei vos eſtiſ. i. cori. 4. In xp̄o iſu per euāgeliū ego vos genui. Secundo

per cōuerſationē per quā ſfirmatur fides. q̄z quādo vita cōcordat doctrine maioris auctoritatis ē doctrina. & v̄tus predicatoris magis apparet p̄ patiētā. puerb. 19. Doctrina viri per patiētāz noſcīt. Et iō dicit. In oī patiētā. Tertio ſtū ad operationē miraculoꝝ. Et iō dicit. In signis t̄. Marci. vlti. Illi autē p̄fecti t̄. Et hec tria diſtinguūt: q̄z virtus eſt cōe ad oia miracula. Nā v̄tus eſt vltimu de po tentia. Et ideo aliquid dicitur virtuosum q̄z ex magna virtute. Quia ergo miracula ſiūt ex magna virtute: ſciliç ſiūt v̄tua. ideo dicunt ſiūt virtutes. Signū vero refert ad minus miraculū. Prodigiū autē ad maximū. Uel dicit signa ſtū ad miracula facta de preſenti. p̄digia quātū ad miracula de futuris. Uel signa & p̄digia dicit miracula q̄ ſiūt con tra nām: ſicut illuminatio ceci: ſuscitatio mortui. t̄. Virtutes vero dicit q̄ ſiūt ſm naturā: ſed nō eo modo quo nā ſa cit. ſicut q̄ ad impositionem manus ſtatiz ſanētur ſiſimi: q̄d etiā nā ſa cit: ſz ſuccesſiue. Uel v̄tutes dicit v̄tutes men tis. ſicut ē caſtitas. & h̄.

Cōſequēter excludit obiectionē cū dicit. (Quid enī eſt qd minus. t̄.) Poſſent. n. corinthi ſiūt reſpoſdere ad predicta & dicere: yeꝝ eſt q̄ multa bona feciſti & magna. & tñ aly fe cerunt plura & maiora q̄ ſtū. Et iō apud eos & in eoꝝ copa rationem nolumus te cōmēdare. Et iō hoc excludit: oīdens q̄ nihil minus fecit q̄ illi: ſed plus. Et iō dicit. Quid ē enī qd minus habuifſiſ a me pre ceteris ecclēſijs: id eſt q̄ alie ecclēſie xp̄i habuerunt per illos ſtū ad ſpiritualia. Quaſi dicat. Nihil: q̄z ipsi prediſauerūt fidē. & apostolus prediſauerūt. Illi oſtenderunt signa & ſiūt. & apostolus ſiūt liter. Et nō ſoluz nō minus habuifſiſ: ſed plus. q̄z aly apoſtoli viuebant de ſumptibus illoꝝ gbus prediſabānt. ſed apostolus nō. q̄ nihil accepit a corinthijs. Et iō dicit. Niſi q̄ ego ipſe nō grauauī vos accipiendo veſtra. Quasi dicat Nihil habuifſiſ minus niſi hoc forte reputetis minus. q̄ nihil accepit a vobis. q̄d tamen plus eſt acti. zo. Ad ea que mihi opus erant & hiſ qui mecuſ ſunt neceſſaria minifra uerunt t̄. z. theſſal. 3. Nocte ac die laborantes t̄. Eſa. 23. Qui excutit manus ſuas t̄. Qz ſi hoc ipſum reputatis iniuriā: ſcz q̄ nolui veſtra recipere qd feci: quia non dilexi vos & videtur vobis q̄ male fecerim parcatis mihi. Et iō dicit ironice loquendo. Donate ideſt parcite mihi hanc iūriā. Hoc modo accipitur donare Ephe. 4. Donantes inuicem ſicut & christus vobis donauit.

Lectio.

V.

Nece tertio hoc paratus ſiūt venire ad vos & non ero grauus vobis. Nō enī quero que veſtra ſunt ſed vos. Nec enim debent filij parentibus theſauriſare: ſz parentes filij. Ego autem libentifli me impendam & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtriſ. licet plus vos diligens min⁹ diligar. Sed eſto. Ego vos non grauaui. ſz cū eſſem aſturus dolo vos cepti. Nunquid per aliquem eorum quos miſi ad vos circuueni vos? Rogauit titum & miſi cuſ illo fratrem. Nunquid titus vos circuuenit? Nonne eodez ſpiritu am bilauimus? Nonne eisdem veſtigijſ? Oliſ putatis q̄ excuſemus nos apud vos. Loram deo in xp̄o loquimur. Omnia enī chariſſimi ppter edificationem veſtrā.

Chic oſtendit ſe eſſe cōmēdabilem quātū ad bona ſu tura: que facere intendit. Et duo facit. Prīo oſtendit ſu

Ad corinthios II.

am propositum de futuro bono qd intendit. Scđo ppositi
buius rōne assignat ibi. (Nō enī quero q̄ vestra sunt r̄c.) Tertio ad rōne silitudinē adhibet ibi. (Nec n. debz r̄c.) Sciēdū est circa primū: p̄ aliquā xtingit q̄ ideo alig nō ac
cipiunt vno tēpore: vt reseruet se ad aliud tēpus: in q̄ pos
sint et plus recipere et audacius. Ne ergo isti file crederēt
de aplo: vt iō noluisset p̄ma vice recipere ab eis: vt postmo
dum reciperet plus: dicit q̄ nō solū hoc fecit olim: s̄ etiā
paratus est facere in futurū. Unū dicit. Ecce iā tertio. i. ter
tia vice paratus sum venire ad vos. et nō ero vobis grauis
Quasi dicat. nec etiā tūc grauabo vos accipiēdo v̄a supra
alii. In oībus sine onere me seruauit et seruabo. Job. 27. Ju
stificationē quā cepi tenerē r̄c. Dicit aut̄. Tertio paratus
sum venire. Et nō dicit tertio venio: q̄ bene ter parat fuit
venire ad eos: sed tñ nō iuit nisi bis. Paratus. n. fuit yeni
re p̄ma vice: et tūc iuit et cōuersi sunt. Secūda vice fuit pa
ratus: et fuit ipeditus ppter peccatiū eoz: et tūc nō iuit: de q̄
excusat se i pncipio hui epistole. Modo ē paratus ire ter
tio et iuit. vñ bis iuit: et ter fuit paratus ire. Rationē autem
buius boni ppropositi subdit dicens. Non enī quero r̄c. q̄ ta
lis est. Cōstat q̄ artifex disponit opus suū finē quē itē
dit. pdicatores aut̄ in pdicādo alig itendunt questum et
bona tēporalia. et ideo totam pdicationē ad hoc ordinant
et disponunt. Alig vero itendūt salutem animarū. Et ideo
hoc modo disponunt pdicationē suā finē q̄ vidēt expedi
ri saluti illo p̄ qbus pdicāt. Quia ergo apostolus itēdebat
in pdicatione sua salutem corinthiō p̄ et videbat q̄ nō ex
pediebat q̄ reciperet ab eis sumptus: tu vt x̄futaret pseu
do: tum et q̄ auari erāt: ideo noluit accipere sumptus. Et
ideo hui rōne assignat dicēs. Ideo nō grauabo vos sum
ptus accipiēdo. q̄ nō quero que vestra sunt in pdicatio
ne mea. sed vos et vestra salutē pcurarare intendo. Phil. 4.
Non quero datum sed futurū. Et ideo dominus dixit apo
stolis. Faciā vos fieri pscatores hominū nō pecunie. Doc
etiā figurat Hei. 4.7. Ubi legis q̄ Joseph emit egyptios i
seruitutem regis. q̄ bonus predicator debet ad hoc stude
re vt ifideles auerterat ad seruitū xpi. S̄z b̄ rōni adaptat
silitudinē cū dicit. Nec enī debet r̄c. Et p̄mo p̄dit silitudi
nem. Secūdo adaptat cā ibi. (Ego autē libentissime r̄c.) Tertio arguit eoz igratitudinē ibi. (Licet plus vos r̄c.) Dicit ergo. Q̄ autē nō querā vestra: p̄z p̄ sile. Uidem enī
q̄ parentes carnales debent thesauricāre filiis carnalib?:
q̄ fili nō debent thesauricāre parentib?: sed parētes filiis.
Lum ergo ego sum pater vester spiritualis: et vos sitis filii
